



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXII. Die Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg befreien die  
Stadt Bautzen von dem Marktzolle und bekennen dafür 70 Mk. Silb.  
empfangen zu haben, am 24. August 1282.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

denn die Markgrafen Otto und Konrad traten erst in späterer Zeit als Regenten der Märkischen Länder auf. Nach dem Tode ihres Vaters Johann I. führten sie bis ins Jahr 1281 gemeinschaftlich mit ihrem ältern Bruder Johann II. das Regiment: letzterer starb am 10. September 1281, und nach dieser Zeit muß erst die obige Urkunde ausgestellt seyn. Ich stimme daher dem sachverständigen Urtheile des Gh. Rathes Stenzel, der die Urkunde in das Jahr 1282 setzt, um so mehr bei, als mehrere der in der vorstehenden Urkunde genannten Zeugen, und auch der Vogt von Warttemberg zu Saugen, um diese Zeit öfter vorkommen, z. B. in den gleich folgenden Urkunden Nr. CCXII. und CCXIII.

**CCXI.** Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, bewilligen der Stadt Lübeck auf Antrag Heinrichs von Iserlohe, einen weitem Waffenstillstand bis Michaelis, wenn die Stadt inzwischen Bedacht nehme den Markgrafen endlich zu gewähren, was ihnen nach König Rudolphs Schenkung gebühre, am 21. Juli 1282.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus coram omnibus, presentibus publice profitentes, Quod nos ea placita siue causam, que inter nos, ex vna, et honorabiles viros burgenses de Lubeke, parte ex altera, versatur, ad fauorabilem et amicabilem petitionem Domini Hinrici de ysereloe, amici nostri karissimi, in bono differimus et stare seu durare facimus a datis presentium vsque ad festum beati Michaelis Archangeli proxime aslutturum, Dum tamen iidem Burgenses medio tempore ad hoc effectiue intendant, quod Ea nobis faciant et donent, que nobis donata sunt A domino nostro serenissimo, domino Rudolfo rege Romanorum, et non diutius nos inpediant in hoc facto. Ad huius rei Euidenciam et Cautelam firmiorem, presentem litteram conscribi iussimus et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Acta sunt hec et data in villa Saligedorp, Anno Dominj M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXII<sup>o</sup>, In die Braxedis Virginis, per manum Domini Aluuardj.

Aus der Lübeckischen Urf.-Sammlung I, Nr. CDXXXL

**CCXII.** Die Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg befreien die Stadt Saugen von dem Marktzolle und bekemen dafür 70 M. Silb. empfangen zu haben, am 24. August 1282.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis amen. Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus presentem nostram paginam visuris aut auditoris salutem in Domino sempiternam. Instabilis est vita hominum etc. Hinc est, quod uniuersis cristiane fidei professoribus, tam presentis temporis quam futuri, volumus esse notum, quod nos attendentes et ponderantes grauamen et onera, que imminebant omnibus forum Budiffin visitantibus per graue thelonium, quod nostri Advocati, Monetarii ac ceteri nostri Officiales ibidem actenus recipere consueuerunt, de maturo nostrorum consilio, pure propter Deum, ciuitati nostre Budiffin ac Burgensibus inibi commorantibus, ab omni forensi thelonio tam in ciuitate quam extra ciuitatem dedimus perpetuam libertatem, ita quod nec nostri Advocati, Monetarii aut aliquis ex parte nostra ibidem recipere debeat aliquod forensis thelo-

nium, nec de equis, vaccis, porcis, ollis, scutellis, nec etiam de mercimoniis uniuersis, quia dictam nostram ciuitatem ab omni thelonio forensi liberam et solutam volumus perpetuo permanere. Pro memoria istius donationis et gracie a dictis nostris Burgenfibus recepimus argenti septuaginta Marcas ad euidenciam firmiorem. In cuius rei euidens testimonium presentem nostram paginam sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri, appositis testibus idoneis, ut (uidelicet?) honorabilis Dominus Bernardus de Camenz, Misnenfis ecclesie Prepositus, suusque patruus Wedegho de Camenz, Busso de Irkesleue, Luderus de Scriuerisdorp, Hinricus de Wardenbergh tunc temporis Aduocatus, Zules Marscalcus, milites et Consiliarii. Item milites Ronteco de Themmeritz, Zacheman de Kazow, Walterus de Kluz, Dithmarus de Borek, Greghar et Nicolaus de Kobariz, item Burgenfes Vlemingus, Herdeghen, Hinricus de Biscopeswerda, Sifridus Slistig, Hermannus Inftitor, Wernerus Fortuna, Bruno Alewarden, noster Capellanus, et quam plures fide digni. Actum et Datum Budiffin, anno dominice incarnationis M° CC° LXXXII°, IX. Kal. Septembris, per manum Johannis de Gardelegen nostre curie Notarii.

Nach Gercken Cod. VIII, 639., mit Verbesserung der Fehler dieses Abdruckes in dem Datum und in den Zeugnennamen, zufolge der von unserm verehrien Freunde Stenzel angestellten Vergleichung des Originals mit dem Gerckenschen Abdrucke. Tzschoppe und Stenzel Urkundenamml. S. 399. Note 1.

CCXIII. Otto, Markgraf von Brandenburg, bekennt, den Bürgern der Stadt Bauzen den Marktzoll für 70 Mark erlassen zu haben, und bestimmt, wie diese Summe aufgebracht werden soll, am 24. August 1252.

Nos Otto, dei gratia marchio Brandenburgensis, recognoscimus presentibus publice, coram uniuersis Christi fidelibus protestantes, quod nos fidelibus nostris Burgenfibus in Budiffin teloneum forense ibidem vendidimus pro septuaginta marcis, ipsi civitati nostre nec non toti terre nostre Budiffin in magnum subsidium et iuuenam. Volumus itaque, quod quicumque ea libertate frui perpetuis temporibus voluerint et gaudere, quod hii debent aliqua de bonis suis addere, per que nobis data pecunia persolvatur; sin autem, dabunt teloneum suum forense, quod antea, quam ista nostra emptio fieret, dare uniuersaliter consueverunt. Ad huius rei euidenciam et cautelam firmiorem, presentem litteram conscribi fecimus et sigilli nostri appensione fecimus communiri, testibus adhibitis fidelibus, ut (uidelicet?) domino Lutero de Palow, domino Burchardo nigro de Irekesleue, domino Hinrico de Wardenberge tunc nostro advocatione et domino Tzulis tunc marscalco et domino Petro, domino Johanne de Widstoch et aliis quam plurimis fide dignis. Actum et datum in Budiffin, anno incarnationis domini MCCLXXXII, nono kal. Septembris, in die sancti Bartolomei apostoli, per manum domini Aluardi, tunc curie nostre capellani et notarii.

Aus Tzschoppe und Stenzel's Urk. Sammlung S. 399.